



**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

5. Quonam tempore Disciplina Ecclesiastica magis floreat pacifico, an  
persequutionis.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

## CAPVT VII.

*Quonam tempore Disciplina magis floreat in Ecclesia, an tempore prospero & tranquillo, an tempore aduerso.*

**T**empore persecutionis fidelium perfectissime floruisse Disciplinam præclare & eleganter multis productis testimonijs Antiquitatis docet D. Petrus Emotte Parisiensis lib. 3. Professionis Catholicæ fidei c. 62. idem ex Cypr. audiuius supra lib. 1. c. 8. tempore enim belli & persecutionis maximè viget, & tempore pacis & prosperitatis marcescit. hinc in antiqua Collecta pulchrè sic orat Ecclesia. Deus regnorum regumque omnium dominator, qui nos & percutiendo sanas & ignoscendo conseruas, prætende nobis misericordiam tuam, vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur: solent enim homines tempore pacis luxuriari & voluptatibus nimium indulgere. Possuinus lib. 9. c. 7. Bibliothecæ selectæ sequentia habet verba Gregorij Magni lib. 7. ca. 8. & 9. Irrigatio cessat vbi arbor radices agit, & quod uon valet sacerdos efficere per Doctorem sermonem (ait Isidouas) iam potestas hoc debet implere per Disciplinæ terrorem. In Pontificali dicitur quod nostrorum temporum defectus non patitur manere censuram veterum canonum. vide tom. 3. Annal. ad annum Christi 311. quomodo pacis tempore floreat Ecclesia apud Baronium & tom. 6. Annal. fol. 460. tempore difficillimo nihil fuit remissum de pristino vigore ac disciplina.

CAPVT